



Universitätsbibliothek Paderborn

**De Iustitia Et Iure Libri Decem, Reuerendi P. F. Dominici
Soto, Segobiensis, Ord. Præd. Theologi præclariss.**

Soto, Domingo de

Venetii, 1608

1 Liceatne iudici eum qui sibi non subditur iudicare.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38878

cuiusvis classis hominibus. Violentia autem & rapina non nisi illis inferunt potentiatus qui resistere possunt, grauius ergo est furum quam rapina in contrarium autem est quod leges acerbius in latrones atque raptores animaduertit quam in fures.

Ad questionem unica eademque facilius conclusione respondeatur. Rapina grauius peccatum est furto. Conclusio per ea que dicta sunt liquida constat. Dictum enim est hac duo in hanc vnam ratio nemno bieuti conuenire, quod vtrumque est acceptio alieni contra dominii voluntate, nisi quod furum tollit voluntate per ignorantiam, rapina vero per violentiam. Violentia autem est regione magis opponitur voluntate quam ignorantia. Nam violentia aperto Marte pugnat contra actum nolendi, ignorantia vero efficit inuoluntarium per absentiam actus. Qui ignorat enim, non vult, sed qui resistit, contrarie vult. Hac ergo ratione rapina peior est. Accedit & ratio iniurie, qua in rapina cumulator est. Nam sur pluris facit rei domum, quem scilicet per metum non adest aperte aggredi, sed latenter. Raptor vero multo eum minoris aestimat, si quidem absque metu eum adoratur. Quare non solum in bonis ledit, verum & in honore per ignominiam. Qua etiam ratione contumelia (vt infra dicturi sumus) peior est quam murmuratio. Quin vero accedit tertio, quod non solum in bonis extensis atque etiam in honore iniuriam infert, verum & vita periculum offert. Raptor enim & latro armis viuunt quibus resistentem permat. Fur autem paucorum & metu est semper pallidus. Atque hac de causa iura ipsa communia que furibus vitam indulget, laiones morti omnino adjudicant, adeo ut neque perfugium ad sacram illis suffragari cedant. Et per hac argumentorum solutiones clarescant. Nam eti in furto aliqua sit fraus, peior est tamen audacia iniuriaque rapina. Ad secundum autem respondetur quod audacia vulgo apud sensuales homines pro iudicio fortitudinis reputatur, & ideo sit ut etiam dum facinoribus perpetrandis exhibetur, minus de illa homines prideant, cum tamen argumentum minoris culpae sit in sceleribus metus, qualis est infusre. Ad tertium deinde respondeatur, quod eti pluribus perfutum soleat

nōcumentum inferri grauiora tamquam violentiam inferuntur.

Q V Ä S T I O III.

D E I V S T I T I A I V D I C I S

A R T I C U L V S I

Vtrum licet iudicii eum qui sibi nos subditur, iudicare.

IN I V S T I T I A E que facta seu in personam, feuis committitur, proxima est species illa quo verbis fit. Huius autem generis illa est iniquior, quia in iudicis verbi coeunt, videlicet tam iudicium cuiusque, quam testium, reliquorumque iustitiae ministrorum. Sunt enim persona quinque, videlicet iudex accusator reus, tellis, & adiutorius, quae quinque depositunt questiones. Sed ex illis iudex est cuius criminis graviora existimantur. Quatuor autem in iudice sunt necessaria, videlicet iudicandi protestas, veritas, & forma, & executionis, que quatuor articulis explicabuntur. Primum ergo viuum est, si iudicandi, quoniam non habet facultatem videri. Ignorat istud hoc primum articul. examinemus. Quare non possit quispiam eum qui sibi non subditur iudicare. Erigitur a parte affirmativa. Christus quippe qui regnum erat & dominus dominantium, nullus erat creaturarum subiectus, & tamen nullum iudicium pertulit, qui de hoc reprehicit non solet, quod non subditum iudicare, sed quod innocentem condemnaret, post ergo quispiam in alienum ciuem ius dicere. Secundo. Daniel (ut eius historiæ scripta refert) seniores illos fas si crimini protestis iudicio condemnauit, qui tamen prohibebat fuisse iudex ergo. Tertio iura saepe iudicii facultatem tribuant castigandi ratione delicti eos, qui licet non facti subiecti, delinquunt tamen intra haeres sui fori, ergo eum iudicare qui iudicis non est subditus, non semper est illicitum. In contrarium est Gregorius super illud. Deuter. 23. Si intraueris legere &c. ubi a. Fal.

Falem iudicij mittere nemo potest in eam rem quæ alteri videtur esse commissa.

Quæstiōnē hūic, licet pro argumento-
rum ratione pluribus videri possit indi-
cate, duas tamen conclusiones satisfa-
ciantur, Prior est, Nemini fas est, quem-
piam iudicare, nisi eum qui sibi, vel sim-
pliçiter, vel tali causa subditus sit. Proba-
tur: Sententia iudicis est quasi quedam
lex particularis de singulari reprobata,
lex autem (vt supra monstratum est) vim
debet habere coactiuam, ergo & senten-
tia, alias frustanea est, nulliusque effi-
cacie, hanc autem vim habere non po-
tēt, nisi vel Princeps, vel Rēpublica eius-
que ministeri, quibus Civites veluti partes
toti subduntur, ergo illam quisque solum
legitimè iudicare potest, qui sibi subjec-
tit, quippe in quæ vicis gerit Rēpubli-
ca. idem enim prudentiæ genus, quod
serendis legibus necessarium est, scilicet
præceptorium, necessarium quoque est,
vt secundum illas ius dicatur. Nec quidem
quam siquidem vis legibus inesse coerci-
ta, nisi in earum applicatione persistaret.
Hinc iura illa dimanarunt, extra, de ju-
dic cap. at si clerici. sententia a non suo
iudicata, non tenet. Et de constitutione
libr. 6. capit. vt animarum. Extraterrito-
riū ius dicenti, non paretur impunè.
Vnde indexidem est quod ius dicens, ca-
pitul. forums de verborum significatione, &
nihil id tam facultas quam territorium,
quod illam comprehendit. Neque Pau-
lus nos iubet subiectos esse, nisi potesta-
tibus sublimioribus, hoc est illis qui no-
bis loco, & potestate præfetti sunt. Ete-
niam sicut orbis ecclæsis non in superiores
substantias influit, sed in corpora que sibi
sunt loco subiecta, sic neque homo potest,
nisi sibi subditos, legibus, ac iudicij guber-
nare. Hac enim de causa (vt supra dixi-
mus) homo ciuite animal in societate vi-
vit. Posterior conclusio. Quatuor mo-
dos congit vnum esse alteri subditum.
Primo ordinarie, veluti illi qui per se po-
tentiam habet, sicut omnes Christi, ni Pa-
pas subduntur, & in secularibus rotum re-
gnum regi. Secundo modo, quia po-
tentiam haber legatum, sicuti prouincia
proconsuli subiectur, & prætori Ciuitas.
Tertio, eo quod quis sua sponte alterius
iudicio submittit, vt ille qui arbitrum
eligit, & qui iudicium quod retractare pos-

set, subire manult. Et quarto, si quis in
alieno territorio, & quod aiunt, districtu
delinquit, vel alia via alienam iurisdictio-
nem subierit.

Per hac ergo, obiectiones facile diluuntur. Ad primum nihil aliud respondet. Ad pri-
mū arg. S. Thom. quam quod sua se voluntate Chri-
stus submisit Pilato a quo iudicatur, exem-
pli eorum qui arbitrium eligit cuius ar-
bitrio parete stata pena, obligantur. Est
tamen in exemplo nonnulli ambiguitatis.
Nam si ad viuum similitudo existime-
tur, videtur cum Sanct. Thom. sensisse quod Obie-
cione Christus constituerit sibi Pilatum iudicem
conferendo ei nouam potestatem, quam
non habebat ordinariam, sicuti qui pri-
uatam personam sequestram sibi prefe-
cit. Hoc autem fallsum est. Nam Pilat-
us potestatem illam a Cesare receperat,
aque ideo ab ipso Deo, illa ratione qua
lib. 4. quæstio. 4. monstratum est, ciuilem
Rēpublicam per legem naturæ, & gen-
tium a Deo deriuauit. Idque Redemptor
significauit Ioann. 19 dicens. Non haberes
potestatem aduersum me viam, nisi tibi
darum esset desuper. Hinc etenim sumi-
tur argumentum aduersus illos quidicunt
potestatem ciuilem descendere a Papa, tan-
quam a Vicario Christi. Enimvero non
ait nisi tibi datum esset a me, sed desuper.
Christus n. vt superiori libro diximus, non
assumpli temporale regnum, sed tempo-
ralium usum, qui ad suum coelorum regnū
esse necessarium. Solum ergo vult S. Thom.
quod ea ratione qua erat rex regni coelorum,
ac perinde rex regum, & dominus domi-
nium exemptus erat ab omni humano iu-
dicio, in qua viis; exemptione reliquit Vi-
carium suum Pontificem maximum, eius-
que subinde inferiores sacerdotes, secun-
dum illud Matt. 17. liberi sunt filii. Et ideo
quamvis potuisse retractare Pilati iudi-
cium, ob nostram ramen salutem sua se li-
bera voluntate illi subiecit, adiungendum mor-
ti Hinc Caet. sibi colligit, Pilatum non pec-
casse usurpatione iudicij (nā quod peccau-
tit innocens condemnando dubium esse ne-
quit) ego tamen non id tā facile colligerem.
Sed si August. legitimus rex erat Iudaorū,
nō peccauit hac rōne Pilatus, qā Christus
voluit, & vnum ex Iudeis habeti. Si vero ty-
rannus erat, eodem modo deliquerit iudicā-
re Christum, quo iudicando Iudeos, quia
eligit, & qui iudicium quod retractare pos-

Caiet.

aliam

aliam facultatem. Neque in hoc cum cogitauit S. Thomae cum illo conferre qui eligit arbitrium. Hic enim potestarem iudicii confirmat qui ea ante carebat. Christus autem nihil aliud fecit quam quicquid de illo sacerdoti libenter pati. Ex hoc Christi exemplo sit consequens. Papam eius vicarium qui similiter exemplus est, posse nihil secundum subdere se alterius iudicio, idque non Corolla modo in foro peccantia (quo res est contraria) verum in foro iudiciali, quod fecit Leo Papa 4, qui, ut legitur secunda, q. 7. can. Nos si. submisit se iudicii Ludouici Imperatoris de rebus quibusdam iudicandis ut scipsum iustificaret. Duplex tamen Prima de hac re nascitur dubium. Prius quod sed dubitatur queretur generaliter de quibusunque causis posse alias sententias cogi etiam anathematis, nam eadem apparere omnium ratione, consequens tamen doctores in quarto S. Tho. sententias consentienter negant, ut S. Thom. Richar. dist. 9. q. 1. art. 3. & Richar. dist. 18. art. 5. Petrus & Petrus de Palud. q. 2. Posterioris dubium de Palu. est de subiectio modo. Videtur inquam Postre. quod sic se posset alteri subiungere, ut cum causa dubi superiore aut aequali modo constitueret, id autem falsum esse inde monstratur, quod cum sit Christi vicarius non valet alterum eodem loco statuere. Consequentia vero probatur. Aut enim libera sua subiectio in necessitate transit, ita ut cui semel subdiderit, subducere durante iudicio nequeat, & tunc planum sit illum cui se subdidit, esse superiore, utpote cuius potestas a Papa non penderit. Si vero subiectio non fit necessaria, sive Ad pri- peruvacanea est. Ad prius illorum per- mā dubi consequentia, respondeatur. Haud tatione, enim consequitur, ut quidquid in aliquibus potest, possit in omnibus sed est regula quod quamcumque facultatem in seipsum in foro exteriori exercere potest, valet alteri committere, ut si fortasse inter se & alterum lis contineatur, qua felicer debutum aliquod, vel alter ab ipso, vel ipse ab altero peti, vel de aliqua sententia quam ipse protulerit ad eundem ipsum provocatio fit, tanquam ab iniusto gravamine, sicut potest tunc ipse de illis causis index federe, sic potest & eadem alteri committere, seque submittere. Ex hoc facit in d. cap. Nos si. Excommunicare autem seipsum nequit, neque suspenderet, neque seipsum proprie punire, & ideo non est in arbitrio Papae talis com- ideo neque valet constituere sibi iudicem qui se excommunicet, suspendat, aut puniat, sed solum quod sibi iubeat restitutum facere aut revocare sententiam. Alterius argumenti pariter interimitur consequentia. Haud enim potest superiorem sibi aut aequali modo constitueret. Quapropter cum duplex sit necessitas, altera feliciter iustitia, arque altera simpliciter coactionis subiectio sua potest priori modo fieri necessaria, non autem posteriori. Potest inquam subiectio suam penam levigate & stabilire, sicut qui sequentem ratiocinio eligit, tenet adeo subire sententiam, etiam in foro Dei. Itaque est peccatum mortale non stare fidei lux obligaretur, que paenam solvere quocirca non est vanam subiectio. Attamen necessitate coactionis, ita ut potestas iudicis non depperderet a sua nemini se potest subiungere, immo quoties veller, alterius sententiam retractare, illiusque revocare potest, et si male faceret, teneret factum. Existit tamen ingens argumentum quod possit Papa alteri se submittere, non modo in minoribus causis, sed etiam etiam themate aduersus illum procedatur ut que ad depositionem. Supponamus enim ex cap. si Papa, distinetur quod dum heresios labore fordeicit, potest a Concilio conueniri & deponi, & cum deponendas nequam sit nisi auditus, potest sub anathematis censura, ut compareat, cogi. Fac ergo ipsum vehementer infamia de hereti labore, sic ut Concilium iamiam de illa re indicatur. Videatur ratio persuadere quod possit iudicium circumspectis viris & gratuitate insignibus delegare. Arguitur enim sic. Nam tunc iure potest fieri reus & cognita causa deponi, idque fieri nequit sine magno episcoporum dispendio ergo quo illam causam iudiciorum turbam, potest illis negotiationi committere, qui rem expeditius trahant. Secundo arguitur. Lite in consilio consellata possunt & concilium & episcopi indiges delegare qui rem peragant, ut ergo ipse non poterit securum committere. Repondetur neutiquam hoc Papam posse. Enimvero potestas illa cogendi tunc Pontificem non est penes ipsum, quippe qui non potest vim coercitam in seipsum exercere, sed duntaxat penes concilium, & ideo non est in arbitrio Papae talis com-

Misso, quia quam non habet potestatem nemini valet dare neq; depositio per suos commissarios facta vilius esset valoris. Cœlium autem potest & causam cognoscere. Alterū te & alteri delegare. Posset quis forsitan idē debūtum & de inferioribus sacerdotibus harsitare. An scilicet possent sibi sequestrares iudices sua sponte praticere? pro eo quod iure visquadeo verum est in seculare forum petrari, vi illis sit adempta potestas renunciandi iuri suo, vt patet extra, de foro compesci diligent, & latius 11 q. inolita. & Ieron. can. Placuit. Respondeatur nihilominus liberum esse quibusunque sacerdotibus in dicem sibi aibitrium constitueretur, cui parere tenentur. Quod enim illis interdicitur non est nisi ut non consentiant in secularium tribunibus sitti. In secundo arguimus de Daniele nihil est difficultas, principi, quoniam ipse in finitu afflatus Dei ad sententiam illam pronuntiavit. Legitur tū arg. eam ibidem Dominum suscitasse spiritum iuniorum. Neque in tertio argumento difficultas vila est, quia nun cebat pertinaci. Satis ergo hic fuerit concedere quod qui in alieno territorio & foro delinqui ratione delicti sit illis subditus, vt extra, de foro compet. capit. licet ratione. Excipiuntur autem clerici qui in iudicium seculare deferri nequeunt, de quibus latior pateretur nuncampus disputandi si proprius esset hic locus.

ARTICVLVS II.

Vtrum iudici liceat contra veritatem quam certo nouit, indicare, quam dolegitime probatur contrarium.

Post auctoritatem iudicis secundo loco ab illo exigitur iudicij veritas. Et idcirco secundo loco queritur, vtrum prius iudici contra veritatem quam certo nouit iudicare, quando legitime probatur contrarium. Et arguitur a parte negativa. Legitur. In enim Deut. 17. Venies ad sacerdotem

Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, quæ resque ab eis, qui iudicabunt iudicij veritatem. Vbi autem venire solet vt innocens cuius palam iudici innocentia constat, testimonijs falsis ad eius tribunal deferatur, ergo ob talia testimonia non debet veritatem deferrere. Secundo ar-

Arg. 2.

guitur. Homo debet iudicio suo diuinum imitari, diuinum autem semper sit secundum veritatem. Reuelabitur enim ex hoc iustitia iudicij Dei (vt ait ad Rom. 2. Pau.) quod reddet vnicuique secundum opera sua. Et de Christo ait capite. 11. I. Non secundum visionem oculorum iudicabit, neque secundum auditum aurum arguet sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in aequitate pro mansuetis terra, non ergo licet iudici falsis testimonijs a veritate abduci.

Tertio: Testimonia in hoc sunt necessaria, vt veritas constet, quando autem res est manifesta, nullus opus est testimonijs secundum illud Paul. 1. ad Timor. 5.

Quorundam hominum peccata manifesta sunt precedentiā ad iudicium, ergo quando iudici res est manifeste comperta non opus habet alienis testimonijs. Quar-

Arg. 3.

to arguitur. Iudex condemnando innocentem facit contra scientiam, & conscientia nihil aliud est quam scientia applicata ad opus, ergo facit contra conscientiam, quod proculdubio semper est peccatum, ergo id minime licet. Ita contrarium autem est au-

Arg. 4.

toritas Aug. super Psalter. Bonus iudex nihil ex aibitrio suo facit, sed secundum leges & iura pronuntiat.

August.

Quæstio hæc inter doctores tam iuris quam Theologia magna ambiguitate controvèrtitur. Et cum vtrinque sit disputabilis, quam maxime tamen refert eam sciri. Proposuimus autem que sub tenore quo eam interrogat S. Th. scilicet vtrum liceat iudicari contra veritatem quam certo nouit iudicare propter contraria testimonia? Includit tamen titulus duas partes. Prior est, vtrum dum evidenter nosset eum quem in vinculis teneret, esse reum, non tamen legitime probatur, imò forte legitimus testimonijs purgatur possit eum condemnare.

Et huc sensum non interrogat S. Th. quia neque de illo dubitatum vnguam est, imò est extra controveriam id non esse licet, quoniam forū exterius non extendit ad crimina occulta, & occulta illa iure censentur, quæ secundū regulas iuris legitime non solum, & de iust. & iure. Ff. con-

Duplex
quaestio
nisi sensus.
D. Tho.